



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Jahr 1643. biß in den Monath October Anno 1645. zwischen Jhro Römisch-Käyserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103084

§. I. Die Käyserliche und Spanische Gesandten werden über der Frantzosen Aussenbleiben ungedultig; wollen deswegen eine schriftliche Protestation bey dem Mediatore übergeben. Die Protestationes in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51787](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51787)

1644.
Januar.

Zwentes Buch.

1644.
Januar.

§. I.

Die K yferliche und Spanische Gesandten werden  ber der Franckosen Aussehen unge- dultig.

WIt dem Eingang des 1644ten Jahres erhuben sich von neuen die Beschwehden derer anwesenden K yferl. und Spanischen Gesandten,  ber der Franckosen langes Aussehen. Die Spanier stellten denen K yferlichen Gesandten zu M nster vor, wie sie es vor n thig erachteten, da man sich beyderseits, communi nomine, wieder solchen ung tlichen Aufenthalt, bey denen Mediatoren, schriftlich beschwehren sollte, damit es

nicht das Ansehen h tte, als wolte man solches der Franckosen Beginnen stillschweigend gut heien: Zu welchem Ende sie eine schriftliche Protestation *sub Nro. I.* welche sie dem Venetianischen Botschaffter zustellen wolten, verfasst hatten: Die K yferliche Gesandten zu M nster, hielten solches Vorhaben nicht nur vor dienstam, sondern entwurffen auch selbst noch eine besondere Remonstrations-Schrifft, wie *Nro. II.* ausweist.

Wollen deswegen eine schriftliche Protestation bey dem Mediatore  bergeben.

N. I.

N. I. Protestation derer Spanischen Gesandten wegen der Franckosen Aussehen.

Jam abunde Vestrae Excellentiae nota erunt, quae ex parte Catholicae Majestatis peracta fuerint, ut suum tandem effectum Pacis Universae Tractatus fortirentur, multas in hunc finem difficultates superando, & totius Christianitatis quietem privatis suis commoditatibus praefereundo, posthabitis etiam aliis considerationibus, quae publicae salutis opus adeo necessarium differre potuissent. Et idcirco, ubi primum ad Congressum locus Coloniae Agrippinae designatus est, illico suos Plenipotentarios misit, qui septennio integro in ea Civitate permanferunt, utut ex parte Coronae Gallicae nulli penitus interfuissent. Et quamvis novae rursus difficultates natae fuerint, circa formam Salvi Conductus, ad Tractatus retardandos, quae facile excusari potuissent, illas omnes Sua Majestas sopivit & explanavit, & cum jam omnia Congressus preparatoria & praeliminaria Hamburgi absoluta viderentur, Ratihabitionibus ex parte Coronarum datis, & indicta die, qua Congressus deberet inchoari, Eadem Majestas statim alios Plenipotentarios misit, praeter eos qui Coloniae aderant, & omnes postea ad hanc Civitatem Monasteriensem pervenerunt, ad quam Conventus sedes fuerat translata, ad instantiam utriusque Coronae Galliae & Sueciae, & licet eadem Corona Gallica, rebus sic stantibus ac promotis, non potuerit suos Plenipotentarios, pro universi Orbis quantulacunque satisfactione, diutius detinere, ubi tamen illi ad Mosam pervenerunt, dum hic communibus omnium Nationum votis expectarentur, hujusmodi spem & desideria eluserunt, ad Batavos divertendo, cum futili cujusdam affectatae urbanitatis & civilitatis praetextu, penes illos suos Confederatos, licet haec officia per Legatum Galliae ordinarium sufficienter potuissent adimpleri. Sed tam diuturna in istis partibus illorum Gallicorum Plenipotentiariorum detentio, & notitia, quae undequaque perveniunt, Negotiationum ac Tractatum, quibus incumbunt, satis persuadent, eos illuc transiisse multo magis ad belli, quam Pacis compositionem, & sic conductiones domorum, & supellectilis ac farcinarum praeventiones in hac Civitate, in speciem tantum adventus sui factas fuisse. Haec omnia, Excellentissime Domine, nos anxios habent, non ideo tantum, quod inde Regis nostri existimatio & dignitas quidpiam detrimenti pati possit, sed quod etiam hinc quam plurima adversus totam Christianitatis publicam quietem & Catholicam Religionem damna deriventur, Universae Pacis beneficio remoras injiciendo, & hoc hyemale tempus inaniter terendo, quod Tractatibus promovendis adeo appositum foret, dum ejusdem hybernae tempestatis rigor armorum utrinque progressus suspendit, & cum jam Osnabrugensis Conventus sit adimpletus, cui adsunt Sueciae Plenipotentarii, & Daniae Interpositores Ministri, otiosi spectatores,

1644.
Januar.

Spectatores, qui in Plenipotentiariorum Gallorum expectatione feriantur, par-
tum esse nostrarum duximus, in tanta ac diuturna officiorum nostrorum cir-
ca Pacem Universalem iudicatione, cuncta Regis nostri Majestati sigillatim
significare, quia, si isti Conventus pro salute Reipublicae Christianae in pra-
vos usus convertantur, ita, ut non de Pace Universali, sed de apparatu bel-
li, & de confirmandis & devinciendis foederibus antiquis agatur, frustra
certe amplius in eis demorabitur. Prius tamen, ut majori cum funda-
mento in hac materia versaremur, consultum nobis visum est, Excellen-
tiam Vestram adire, tanquam ex parte Serenissimae Reipublicae Venetae
hujus Negotiationis sincerum Interpositorem, & boni publici studiosissi-
mum, & illi graviter mentem nostram explicare, ne silentio nostro hanc
Gallicam cunctationem approbare videamur, apprecantes, ut Excellentia
Vestra velit nobis communicare, quicquid circa hanc eandem materiam per-
ceperit aut penetrarit, & quid de negotio, cui omnes a tanto tempore su-
mus accincti, sperari possit, ut Sua Majestas subinde ex nostris relationi-
bus, quod magis sibi & publico bono convenire existimet, maturius deliberet.

1644.
Januar.

N. II.

N. II. Der
Kais. Gesand-
ten Remon-
stration an
den Venetia-
nischen Bot-
schafter, daß
die Franzosen
den Congress
mit Fleiß tar-
diren, und
ausbleiben.

Diu haecenus tenuit Europam Universam expectatio Congressus
Orbis Christiani Principum ad tractandum Pacem Universalem, qua bo-
ni omnes, quotquot Christiano nomine gaudent, immanitatem illam fera-
lem, in mutua cognati sanguinis viscera, ferro, igne, vulneribus, caedi-
bus seviendi, post viginti trium annorum decursum, tandem aliquando
extinctam, publicamque tranquillitatem post innumeras clades datas acce-
ptasque, restitutum iri, certa quasi spe non minus optaverunt, quam per-
suasum universis voluerunt. Annus jam agitur octavus, quo, fatiscente
infesto cruore Italia, gemente saevi Martis clade Germania, singultiente
perpetuis ærumnis Belgio, Imperator, Reges, Principes Europae, ad mutua Pa-
cis federa inclinare se, publico omnibus testimonio palam faciunt, & Impera-
tor quidem, muneris sui memor, prior ipse hanc viam ingressus, Pacem non
eam tantum, quae Germaniae populos Imperiique Romani cives quieti dare fa-
cile potuisset, sed & latiore, quae haud dubie Martis furorem a reliquis Euro-
pae Statibus cohibuisset, jam confectam conventamque haberet, nisi obstiteret
alienae felicitatis impatiens invidia, quae ruptis denuo omnis verecundiae re-
pagulis, novo bello, novis seditionibus, novis rebellionibus, sanguine,
caede, incendio, vastationibus, Europam prope Universam replere aggressa est.

Non destitit tamen a pio & laudabili Pacis proposito divae memoriae Fer-
dinandus II. ut caetera, ita hic quoque invictus. Statim enim, ut acce-
pit, Galliarum & Sueciae Regibus, Pacis tractandae negotio, hinc Colo-
niam Agrippinam, inde Hamburgum, Imperii Romani urbes, placere,
sub initium anni, à Virgineo partu 1637. suos misit Legatos cum amplissimis
& æquissimis mandatis, nihilque intentatum reliquit, quod quidem ad pro-
movendum hoc sanctissimum institutum pertinere videretur. Non mino-
ri studio Rex quoque Catholicus, eodem tempore suos Coloniae adesse volu-
it, ipse Sanctissimus Noster Urbanus, Papa VIII. ne tam sanctum piumque
opus sollicitudinis pastoralis cura destitueret, suum a Latere Legatum mox
submisit, paternis monitis dissidentium Principum animos ad amicitiam
Pacemque adducturum, cum interea Regis Christianissimi nomine com-
pareret nemo, sed bellum undique acerrima contentione instauraretur. E-
lectus ad Imperium Augustissimus noster Imperator, statim ab excessu opti-
mi Patris, ne quid interturbaret, Legatos ab isto missos confirmavit, man-
datis amplioribus instruxit, literis Salvi Conductus novum robur adjecit, su-
um Pacis desiderium Summo Pontifici, Universis Romani Imperii Ordini-
bus, adversariis ipsis, publicis edictis, responsis, decretis, ita contesta-
tus, ut nemini, etiam iniquiori voluntatis alienae interpreti, dubium re-

1644. linqueretur, recto & cupido animo Ipsum ad Pacis & amicitiae consilia feri- 1644.
Januar. ri, difficultatibus, quae circa formam & stylum Salvorum Conductuum Januar.
objiciebantur, etsi ad substantiam rei nihil pertinerent, satisfecit tamen, &
plane ad libitum adversariorum.

Præterierat jam integrum quadriennium, cum degentibus Summi Pontificis, Cæsaris, Regisque Catholici, ad Coloniam Agrippinam frustra Legatis, a Christianissimo Rege, ut suos tandem submitteret, huncque honorem vel Summo Christi Vicario, communique Orbis Catholici Patri haberet, impetrari non poterat. Novæ excusationes inventæ, Coloniam atque Hamburgum longius inter se distitas, rebus Sociorum communibus tractandis minime convenire, ac, nisi Monasterium Gallis, Osnabrugum Suecis deligeretur, coiri ad tractandum non posse. Non deerant gravissimæ causæ, quæ diversum suaderent Cæsari, Monasterium præsidis Hassiacis circumfessum, Osnabrugum a Suecis expugnatum, etiam deducto ipsorum præsidio, memoriam alieni imperii retinere, nec tutum satis hospitium Cæsareanæ Legationi præbiturum esse, videri poterat. Consentit tamen, cessit adversariorum cupiditati, ne, constantius repugnando, moram ullam communi Pacis desiderio injicere voluisse, criminari quisquam posset. Videbamur jam in portu navigare, sperabamus animos ab ejusmodi ambagibus ad rem ipsam conversos mitescere cœpisse, sic, ut jam permittere Cæsare, Ordines Imperii ipsimet ad Galliae & Sueciae Principes scribere, & ad Pacem cum Imperio ineundam, modestia summa adhortari auderent, non tamen apud Regem Christianissimum, potentissimorum Imperii Romani Principum, Electorum, aliorumque, & ordinis Ducum, Marchionum, Principum, Nobilissimarumque Urbium tanti fuit auctoritas, ut responso recto ipsos dignarentur. Insinuatum, nescio quo auctore, scriptum quoddam, sine die & Consule, Gallico tamen idiomate, Regiamque præferens Cancellariam, quo Cæsari dignitas, Regis tantum Hungariae prædicato relicto, abrogabatur, Cæsari & Sociis privata cupiditatis pertinacia iniquissimo verborum contextu imputabatur. Dissimulatum & hoc, condonatumque publico omnium voto, & ne quid durius contra institueret Cæsar, mandavit suo Hamburgi Residenti Ministro, ut sine longiori mora, de locis & tempore ad Congressum destinandis, formaque, qua utrinque securitati publicæ cautum esset satis, salva duntaxat Cæsareæ Majestatis dignitate, transigeret. Et quamvis adversarii longius progressi, ex literis Salvi Conductus clausulam illam nobis nondum reconciliati expunctam vellent, id nimirum agentes, ut contra Jus Gentium, Pacta illa, quæ Cæsar ad normam Pacis Pragensis, primariorumque Imperii constitutionum, cum iis Ordinibus, qui infausto quodam fidere in diversa consilia abrepti fuerant, iniverat, rescinderentur, totumque quasi Imperium adversus Suam Majestatem commoveretur, eoque fine in Conventione illa Hamburgensi super Præliminaribus, ampliori numero pro Sociis & Adhærentibus literas Salvi Conductus paciscerentur, quam antea unquam actum aut cogitatum fuerat. Passus tamen est etiam istud a se impetrari Cæsar, delegit eosdem, quos antea Augustissimus Pater ex Collegio Electorum, sanctissimo illo & summo Imperii Romani Consilio, qui Imperatoris Legatis tractando adessent, fecitque publico Decreto potestatem cæteris Imperii Principibus comparendi in locis Tractatum, ut una, quæ res Imperii, qua publice qua privatim concernerent, in medium proferre, operaque Legatorum Cæsaris in tuto collocare possent. Et quoniam hujusmodi disputationibus dies jam prior Congressus dicti exierat, consentit in secundum ad 15. Julii, Anno superiore præfixum; intervenit quinque mensibus ante Regis Christianissimi mors, creditumque, quod sacris omnibus de Christiano more expiatus decesserat, ultima voluntate Successori suo impuberi tutores & Administratores delectos serio ad Pacem ineundam

1644.
Januar.

ineundam hortatus. Nec defuit Christianissimi Principis officio Cæsar, missò statim Caduceatore, Reginam filiumque solatus, pacem denuo obrulit, literas Salvi Conductus ad Pacem Regni stabiliendam immutatas submisit; reliquis, quæ ex ordine Conventionis Hamburgensis præstanda erant, effectum dedit; Summum Pontificem, Rempublicam Venetam, quod arbitratorum Mediatorumque officia in se susceperant, ut Legatos suos ad diem conditum Monasterii adesse vellent, hortatus est; Ipsos suos Plenipotentiariorum nos, ne vel momentum præstituti temporis negligereamus, monuit. Itaque rebus omnibus posthabitis, statim ineunte Mense Julio huc convolvimus. Sextus jam Mensis est, quo Regis Christianissimi Legatos, spem adventi sui quasi e longinquo subinde ostentantes, frustra expectamus, ut fere in eam descendere opinionem necesse habeamus, omnia alia potius ab ipsis, quam ut vel tandem aliquando ad Congressum deveniatur, cogitari. Etenim cum, administratione Regni, vivente ac volente adhuc Rege, constituta, demortui res, multo ante tempus Congressui destinatum, peractæ fuissent, nullaque gravior & justa causa, quæ abitum moraretur, obtendi posset, exeunte demum mense Septembris, Parisiis profecti, itinere tam lento, & in ambages flexo, processere, ut naturalem gentis, quo ad res gerendas ferri alias solet, impetum prorsus exuisse, & ad Septentrionis frigora animo obtorpuisse viderentur.

1644.
Januar.

Non ignorabant, si Conventioni Hamburgensi standum, recto itinere se Monasterium ire debuisse: constabat ipsis, jam diu se a Cæsaris, Regis Catholici, Serenissimæ Venetorum Reipublicæ Legatis, Monasterii, Osnabrugæ vero pariter a Cæsareæ Majestatis Regisque Daniæ Legatis, ipsis suis Confœderatis Suecorum Plenipotentiariorum, magno utrinque desiderio expectari, Legatum Apostolicum Coloniam in procinctu esse. His tamen omnibus insuper habitis, vix sesqui diei itinere, Monasterio ad dextram relicto, ad Hollandos divertunt. Quasi vero tanti sit, istis salutationem Regiam impertiri, ut interim, omisso studio Pacis in Orbe Christiano reducendæ neglecto propemodum Conventionis Hamburgensis tenore, contemptim habitis summorum Christiani Orbis Principum Legatis, totum Paci tractandæ proprium tempus, quo utriusque partis exercitus ob aëris inclementiam in hybernis se continere coguntur, inutiliter transmitti debuerit. Dabimus sane libenter, fœderi, quod Regi Christianissimo cum Hollandis est, par fuisse, ut novi Regis, novæ administrationis benevolentia ipsis significaretur, consiliorumque participes redderentur. Sed hæc omnia per ordinarium Galliarum Legatum apud Hollandos agentem effectui dari poterant, istis Plenipotentiariorum interea ad loca Congressibus destinata, si quidem Pacis consilia cordi haberent, ut par erat, possetis. Etsi vero nuper sarcinas suas huc adferri curaverint, moramque longiorem quibusdam levissimi momenti excusatiunculis purgare apud Excellentissimum D. Legatum conati fuerint, tamen expectationi nostræ minime satisfactum arbitramur. Verbis, ubi in rem præsentem venire necessitas ipsa monet, fideque publica se adstrictos esse, negare non possunt adversarii, præsertim, cum nec adductæ rationes vim habeant ullam; non deerunt Electorum Legati aliorumve Principum, quorum quidem in publicum privatumque interfit; totius Imperii Deputatorum Conventus Francofurti manet, quo ipsorum consilio Imperator, eveniente casu, uti possit. Accepimus inter cætera, hoc etiam quoddam haberi objectum, sufficienti Mandato & Plenipotentia nos a Cæsare non instructos, alium expectare Legatum, a quo nostra pendere debeat autoritas. Et quamvis Cæsar ipse frivolam hanc objectiunculam, litteris ad Regem Daniæ, confutaverit, nullaque nos necessitas, ut ante Gallorum adventum fidem de potestate nostra faciamus, adstringat, placuit tamen Excellentissimæ Vestræ cum his simul Cæsareæ Plenipotentiariorum Diploma inspiciendum exhibere, ut

eo

1644.
Januar.

eo certius intelligat, quam vani sint rumores, quos in odium Cæsaris spargere hæctenus conati sunt adversarii.

1644.
Januar.

Quæ cum ita sint, arbitramur, neminem ægre ferre, aut sinistre interpretari posse, si Augustissimi Cæsaris nomine, dolorem, ex tanta partis adversæ tergiversatione, justa causa conceptum, contestamur, cum negare nemo sanæ mentis possit, hæc omnia cum summo Cæsareæ Majestatis contemptu conjuncta, parumque abesse, quin Cæsarem, Electores, Principes Imperii, Ordinesque omnes, imo ipsum Serenissimum Regem Catholicum, item Regem Daniae, Veneramque Rempublicam ludibrio haberi dicere debeamus. Stat certum, si vel decima tot tergiversationum & diverticulorum pars Cæsareæ Majestati imputari potuisset, Gallos dudum de injuria Regi suo illata, per universos Christiani Orbis Principatus acerbissime conquesturos fuisse.

Nos, quid de tam studiosa & deliberata procrastinatione istorum Plenipotentiariorum statuendum sit, quidve nobis de ipsorum Pacis studio, quod palam prætendunt, polliceri debeamus, sicut bonorum omnium, ita vel maxime Excellentissimi Domini Legati maturo & prudenti judicio expendendum relinquimus, cuperemus tamen edoceri, quam ipse spem de adventu eorum conceperit, an serio ad Pacem omnes accessuros speret, an existimationi, honori & auctoritati Cæsaris convenire arbitretur, illos diutius hic expectari, ut eo certius omnia ad Suam Majestatem perscribere possimus. Etsi enim fati perspectum habemus, quemadmodum hæctenus incredibili patientia & æquanimitate, Cæsareæ Majestas omnia, quæcunque postulare auderent adversarii, indulsit, ita Eam nulla ratione admissuram, quo jure merito protractæ aut dissipatæ Pacis culpa ipsi possit attribui: officio tamen nostro consentaneum esse judicavimus, apud Excellentiam Vestram restatum facere, quantum dolere possit debeatque Sux Majestati, nulla ejus culpa, opus tam sanctum ac pium, longius, quam tantæ innocentium populorum clades ac calamitates ferunt, protrahi, Orbemque Christianum, desiderata multo jam tempore Pace, defraudari. Dabamus Monasterii die &c.

§. II.

Die Kaiserliche Gesandten zu Osnabrück, halten solche Protestation für bedenklich.

Als aber derer Kaiserlichen Gesandten zu Osnabrück Meynung darüber eingehohlet wurde; So hielten diese vor bedenklich, mit dergleichen Protestation noch zur Zeit hervor zu gehen, und zwar aus folgenden Ursachen: 1) Würde solche Protestation oder Remonstration nur allein zu Münster geschehen müssen, indeme zu Osnabrück, weil der Schwedische Legat Salvius allda zugegen wäre, dergleichen unnöthig sey; Dieses aber dürfte davor angesehen werden, als wollten sie separationem consensus in Causa communi einführen; 2) Stehe kein Nutzen hieraus zu hoffen, sondern die Franzosen dürfften daher Ursach nehmen, ihre contumaciam ferner zu entschuldigen, bevorab, wann auch die Plenipotenz oder Vollmacht dabey mit extradiret werden sollte, weil doch der Mediator, solche Ihm zugestellte Schrif-

ten, dem Gegentheile würde behändigen müssen, welcher hernach allerhand dabey ausstellen möchte. Es sey ja genug, daß das Werk selbst rede, da die Kaiserliche Gesandten sich in der verglichenen Wahlstatt eingefunden hätten. 3) Würdte man durch dergleichen Protestation gar Anlaß zur Ruptur dieser Tractaten geben, weil die Franzosen sich einbilden dürfften, daß man dieserseits gar davon ziehen wollte. 4) Würde der neue Schwedische Einfall in Dänemarc das Hauptwerk merklich ändern, wo nicht gar zerschlagen, wäre also dem zu zuwarten, alsdann man eine Protestation mit mehreren fundament einlegen könnte. 5) Fänden sich auch in der aufgesetzten Protestation unterschiedliche termini, welche eine Aenderung litten, als unter andern, daß dem von Luzau und Comte d'Avaux das Prædicat: *Legatorum*, darinnen gegeben,